



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Sapientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A DE SCUTIS. CAP. XXXIII.

Locus exigit, ut hastis scuta etiam adjiciantur, quorum varia sunt hieroglyphica, quia variae sunt *Scuto de-*
nati.
Leorum species, varii etiam usus, neq; facile est omnium rationes exquirere in tam varia tamque
frequenti armorum pene omnium mutatione, quae unaquaq; ætate facta est: eas tamen non formas
amplectemur, quas in numis, aut veterum monumentis figuræ observavimus.

B STRENUUS II. CAP. XXXIV.

Pari honore cum hasta scutum fuit, quo inter præmia reliqua militaria donari soliti sunt, qui strenue fecerint, cuius rei exempla paucim apud historicos. Et apud Virgilium Æneas clypeum afferri iussit, quo juvenem egregium Nisum præstanti munere donaret. Præcipuum vero honorificum apud Argivos fuit scutum Enhippi, puero, qui tale aliquid meruisset, gestandum tradere, eoque inserto pompa ducere. Argivi porro primi omnium scutis ligneis usi, eo prælio quod inter Praetum & Acresum fratrem gestum est, pro tyrannide occupanda. Sedenim de honoribus inferius.

C SALUS. CAP. XXXV.

Cum Palladium superius celo lapsum, scutum fuisse dicemus, significatum ejus ad Imperii *Peltae celo*
telam specie interpretati sumus. At identidem observatum est Pelta quoq; significatum salu-
del. 4/5.
tis esse, quod interpretatione Numæ defumptum est: is enim delapsam celo peltam salutem urbi
immisam interpretatus est, cum octavo ejus anno pestilentia per universam Italiam debacchata,
Roman quoq; urbem invaserit. Utrum vero gravis alioquin author peltam proprie necne dixerit,
*quod scutum Numæ tempore celo delapsum fertur, & *lapta ancilia celo* Maro dixerat, alli viderint. *Æn. lib. 9.**
Legi tamen de Saliorum ornatu, confuerit illas capite gestare pileum instar coni, non obrotundum,
ut vulgo: thoraca aheneum induere, dextera manu ancile, læva peltam
*aheneam circumfusisse: quamvis, ut dictum, *& lœva ancile gerebat*, legamus.*

D PELTAE FORMA. CAP. XXXVI.

Quoniam vero pelta Maroni lunata dicitur, operæ pretium me factu-
rum crediderim, si figuram ejus ex antiquis monumentis descrip-
ro. Nam ea Romæ multis locis a picitur, nusquam tamen speciosius quam
in marmore quadam conditorio, quod nunc in hortis Pontificio Palatio
subiectis pro aqua temporaria alveo ab Leonina portico spectatur. Ibi
pugna quadam Amazonum incisa mira quadam arte, sive ea Trojana sit,
sive quod potius reor, quæ ad id genus erraticis in Scythia commissa est.
Ita viri mulieribus parcere, invitioq; obvias fauciare videntur, cupereq;
eas potius captivas facere, quam laddere. Omnes illæ peltis armatae sunt,
quarum species in hunc modum describi potest: ut scilicet circulus de-
scriptus linea diametri dissecetur, pars altera quantum cubiti manusq;
ministerio inserviat relinquatur, altera duobus à lateribus excavetur, ita
ut in eorum medio spatium sit insertando brachio, cuius hoc sit propu-
gnaculum. Extrema ad scuti marginem lunentur in cornua Orbes illi duo
hinc inde exempti, insertanda si opus sit hastæ alter commodus, alter ad
inspectandum inserviat.


E PRIMA ARMENICA. CAP. XXXVII.

Variabat vero peltarum forma, qua parte manus erat inferenda: ut
in prima Armenia incisura erat rectangularis.

F SECUNDA ARMENICA. CAP. XXXVIII.

Quæ in secunda, orbicularis fieri consuerat. Tum etiam coribus, cum
pelta prima cæruleo color est, in alba parma: secundæ vero, pur-
purea in parma ipsa cærulea: in utraque vero pelta aureus umbilicus.

XXX 2



MENA-